



**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX:|| DE  
CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa  
restau-||randa, pristinoqué nitori || restituenda.||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

1. De causis impellentibus ad hoc opus conscribendum quasi præfationis loco.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](#)



# DE DISCIPLINA ECCLESIASTICA

LIBER PRIMVS.

## C A P V T I.

*In quo commemorantur causæ impellentes huius  
Operi scribendi.*

**D**E  
**M**ULTAE sanè iustæ & graues causæ ad hoc utilissimum argumentum tractandum me impulerunt. Principio enim in vestibulo tēplo S. Helenæ ad aureos Martýres, siue ad S. Gereonem Coloniæ cum saep numero transeūdo magno animi affectu legissim hos subsequentes, licet barbaros & inconditos, sententiosos tamen versus vehementer ad istam materiam perpurgandam commouebar. versus autem literis aureis ad parietem depicti sic habent.

Divitias peperit, quæ mater honorificata  
Religio sic ait sententia Gregoriana,  
Prole que vastata mater nec prole beata.  
Dum disciplina cessat, regnat que similitas:  
Deficit Ecclesiæ virtus pariterque facultas.

Digna profectò Gregorio Pontifice sententia, qua veras & præcipuas excidij Ecclesiæ & eiusdem florantis conseruandæ causas complectitur. etenim

*Trithemius  
lib.1.de Viris  
Illustribus  
ordinis Bene  
dicti, cap.7.  
or S.  
Aurea ista  
yvōmūn  
effectu ex-  
stat apud Tri  
themiūm lōz*

A

himiam

2 DE DISCIP. ECCLES.

*co ante nota.* nimiam abundantiam diuitiarum interitum Ec-  
cœlo. & apud clesiae attulisse, hoc est, filiam deuorasse matrem,  
*Gregoriū vt* similiter Disciplinæ Ecclesiasticæ neglectionem,  
*infra dictis* inde intelligimus alteram causam existere excidij,  
*Gregorij.* & contra feruorem religionis aut feruentem Dei  
*D. Bernardi* cultum, Ecclesiasticæque Disciplinæ accuratam  
*sententia.* obseruationem hoc efficere, ut Ecclesia efflorescat.  
*Religio pe-* Altera quoque causa me huc impulit, quod B. Hiero-  
*perit diuitias* ronymus, quem imitari studeo: hoc etiam argumē-  
*& filia deuo* gauis matrē. tum tractandum proposuerat, licet inter ea quæ e-  
*ab alijs enim* ius exstant monimenta, nihil de eo inueniatur. In-  
*Gregorio, ab* stitutum autem illud B. Hieronymi fuisse colligi-  
*alijs Bernar-* mus ex tomo 1. in Principio vitæ Malchi Captivi  
*do ascribi-* Monachi. Scribere disposui, inquit, ab aduentu  
*tur.* Saluatoris usque ad nostram ætatem, id est, ab Apo-  
stolis usque ad nostri temporis fecem, quomodo  
& per quos Christi Ecclesia nata sit & adulta, per-  
secutionibus creuerit, martyris coronata sit, &  
postquam ad Christianos Principes venit, poten-  
tia quidem & diuitijs maior, sed virtutibus minor  
facta sit. Notanda ista postrema verba B. Hierony-  
mi diligentissimè, quibus nihil aliud significare  
vult, quam quod prioribus aureis versibus innue-  
bat B. Gregorius. Nam quamdiu feruentibus tri-  
bus prioribus seculis persequutionibus Ecclesiasticæ  
obseruabatur rigida Disciplina pulcherimè  
florebant Ecclesia: nempe à Christi & Apostolorum  
temporibus usque ad ætatem Constantini Magni;  
at verò postquam Constantini ætate diuitiarum  
venenum infusum in Ecclesiam. Disciplina virtu-  
tum decreuit, potentia aucta est. Ammianus Mar-  
cellius libro 27. de ambitione, luxuria alijsque  
vitijs sopita Disciplina Ecclesiam inuadentibus  
tem-

tempore B. Hieroym & Damasi sic scribit. Da-  
masus & Vrscinus supra humanum modum ad 4. Annalium,  
rapiendam Episcopalem sedem ardentem scissis fol. 171.172.  
studijs asperrimè conflixerantur ad usque mortis <sup>respondet ad</sup>  
vulnerumque discrimina adiumentis utriusque <sup>ea, que aut</sup>  
progressis, quæ nec corrigere sufficiens. Viuentius <sup>Magdebur-</sup>  
(præfectoris urbis Romæ) nec mollire, vi magna co- <sup>genses. aut hi</sup>  
actus secessit in suburbanum, & in concertatione <sup>storius he-</sup>  
Damasus superauerat parte quæ ei fauiebat instantia Treu- <sup>reticus de hi</sup>  
te, constatque in Basilica Siciinni, vbi ritus Chri- <sup>rensi inde e-</sup>  
stiani est conuenticulum, uno die centum triginta liciunt.

septem redempta cadauera peremptorum, effera-  
tamque diu plebem & græ postea delinitam. Neque  
ego ab uno ostentationem rerum urbanarum con-  
siderans, huius rei cupidos ob impetrandum, quod  
appetunt omni contentionē laterum iurgari de-  
bere: cum id adepti futuri sint ita securi, ut diten-  
tur oblationibus matronarum, procedantque ve-  
hiculos insidentes circumspetè vestiti, epulas cu-  
rantes profusas, adeò ut eorum coniuia regales  
superent mensas: qui esse poterant beati reuera, si  
magnitudine urbis despecta; quam vitijs oppo-  
nunt, ad imitationem antistitutum quorundam pro-  
vincialium viuerent, quos tenuitas edendi potan-  
diue parcissimè, vilitas etiam indumentorum  
& supercilia humum spectantia, perpetuo nu-  
mini, verisque eius cultoribus ut puros com-  
mandant & verecundos. Hieronymus quoque  
in epistola ad Marcellam suadens, Roma reli-  
qua Bethlehem migrare de nimia ambitione, lu-  
xu, vitijsque urbis conqueritur. Accessit &  
alia causa, quod Disciplina sit germana soror &

A 2

quasi

DE DISCIP. ECCLES.

quasi nota quædam veræ Catholicae Religionis, ut  
pote sine qua diu Catholica Religio nec florere,  
nec omnino subsistere possit. Moribus enim bonis

*Lib. 6.* sublatis corruit necessariò ipsa fides. Excitare et  
*Langcrucius* iam volui Ecclesiæ Prælatos, ad inducendam & re-  
*de Vita &* uocandam in usum quasi collapsam Disciplinam  
*bonestate cle* Ecclesiasticam. Mouit me quoque Caluinistarum  
*ricorum.* exemplum qui in suis libris de Disciplina & Con-  
*Sic Ioannes* fistorio ac Visitationibus Ecclesiarum, hoc argu-  
*& Lascœ &* mentum suo tamen more attigerunt, ut meritò pu-  
*Saadels de* dere nos debeat, si nos in tam præclara utili ac ne-  
*Disciplina* cessaria materia aduersarijs nostris inferiores neg-  
*scripserunt:* *Martinus Bu* ligentioresque deprehendamur, cum summa toti-  
*cerus in libr.* us Ecclesiæ in Disciplina quasi cardine quodam  
*de Regno* voluatur ac vertatur. Affirmare verè id possum, si  
*Christi & as* in Ecclesia Patrum & nostra memoria Disciplina  
*lij pliores.* Ecclesiastica strictè ac rigidè obseruata fuisset, ne-  
*Rhegino M.* que tot hæreses in Ecclesiam irruissent, neque tot  
*S. de Discipl.* tantisque pérsequotionibus vndique ea pressa &  
*Ecclesiastica* fatigata fuisset. Commouit me quoque exemplum  
*mibi visus* S. Irenæi Lugdunensis Episcopi, quem B. Hierony-  
*in Monaste-* mus de Disciplina Ecclesiastica isto florenti seculo  
*lerensi.* scripsisse commemorat: in Catalogo de Viris Il-  
lustribus, & Reuerendissimi Ioannis Bonhomij E-  
pis. Vercel. Nuncijque Apostolici me impulit au-  
toritas, qui omnem calamitatem Ecclesiæ Colon.  
neglectioni Disciplinæ ferebat acceptam.

C A P V T I I .

De definitione Disciplina.

**B** Cyprianus pulcherrimè sic eam definit. Disci-  
plina est ordinata morum correctio secundū  
canones Ecclesiasticos. Canones autem Ecclesiasti-  
ci cor-